

COLLEGIUM JURIDICUM
ARGENTORATENSE
ENUCLEATUM

Præfatione, Schematismis Tabularum, emenda-
tionibus Meierianis, Lemmatibus marginalibus,
& Indice uberrimo auctum,

ac

in usum studiosæ Juventutis editum

STUDIO & OPERA

GREGORII BICCII, J.Cti,

& in Vniversitate præfatâ Antecessoris

SENIORIS.


Cum Gratiâ & Privilegio Sacr. Cæs. Majest.



ARGENTORATI,

Impensis G. A. DOLHOPFII, & J. E. ZETZNERI, Bibliopol.

ANNO M. DC. LXIV.



PRÆFATIO,
EX QUATUOR CONSTITUTIONIBUS
IMPERIALIBUS, DE CONCEPTIONE ATQUE
CONFIRMATIONE DIGESTORUM, UT ET DE JURIS
DOCENDI RATIONE, DE PROMPTA,

De

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM CAUSIS,
MODO CONSCRIBENDI, DIVISIONE, NATURA,
AUCTORITATE ET ORDINE DOCENDI ME-
THODICE TRACTANS.

I.



On spernendam ducimus illustris cujusdam animæ curam sollicitudinemque, quâ auditores suos seriò adhortabatur ne unquam in evolvendis libris præfationis ab ipsis auctoribus præfixas, negligenter, aut earum perfectionem sicco profus perde præterirent. Fieri enim ut ejusmodi præfationes sedulis le-

Lectione præfationum nõ esse omittendam.

Earum utilitat.

ctoribus genuinam aperiendorum voluminum clavem, verique sensus indicem subministrant, ad lectionem propositæ materiæ eos facilius perducant, & cum eò ventum est, evidentiorum intellectum illis præstent, judicio Caji in *l. 1. ff. de Orig. Jur.* Non abs te itaque erit ad pleniorum nuclei nostri, ex C. I. A. collecti, & ad seriem ordinemque Digestorum compositi, intellectum, summam quatuor Constitutionum Justinianearum, ipsis digestis præpositarum, & in *tit. C. de Vet. Jur. emulendo*, relatarum succinctâ methodicâque tractatione institutâ, & divini Numinis præsidio invocato, præmittere.

2. Possunt verò Digesta, Justinianeæ, ex tenore & ductu præfatarum constitutionum, haud ineptè considerari, tum ut componenda, tum ut composita.

Digesta ut consideranda.

3. Ut componenda. Hic Causæ perpendendæ sunt, & Modus.

Quatenus componenda.

4. Causa, ut aliàs semper, sunt tum Externæ, tum Internæ.

Quoad causas externas.

5. Externæ sunt Efficiens, & Finis.

efficientem,


6. Efficiens est partim Remota, partim Propinqua.

remotam Deum Triunum

7. Remota DEUS Triunus est. Huius enim ipsius auxilium semper commendat & respicit Imperator etiam in quatuor his Constitutionibus. Incipit enim duas Constitutiones de confirmatione Digestorum, In nomine Domini, & Dei nostri Jesu Christi: & tandem etiam unice, quale & quantum hæc in parte à se præstitutum est, Deo, omnis boni largitori, gratâ ascribit mente.

cuius auxilium Imperator possit commendat.

Const. Tanta. § 1 ibi: omnia igitur confecta sunt Domino & Deo nostro Jesu Christo possibilitatem tam nobis, quam nostris in hoc satellitibus, præstante. & ibi: Quod cælestis fulgore, & Summæ Trinitatis favore confectum est.



PANDECTARUM, SIVE DIGESTORUM JUSTI- NIANI PRINCIPIS

PARS PRIMA.

LIBER I. DE JUSTITIA ET JURE.

TITULUS I.

Thesis I.



Justitia quadrifariam dicitur: I. pro ipso
justo, sive p[re]cepto justit[ie], ut in illo Po[et]a: Discite Justitiam &c.
II. Pro habita viri justit[ie], & universali justitia, l. 10. pr. ff.
b. r. III. Pro justitia particulari, ut justitia animadversionis
in l. ult. ff. de fugit. IV. Pro aequitate, l. 8. C. de judic. l. 6. §. 1. C. de
appellat. l. 13. C. de sentent. In secundâ significatione in l. 10.

ff. & pr. inst. b. r. sumitur, & definitur constans & perpetua voluntas jus suum
cuique tribuendi, arg. l. 31. §. 1. vers. & proba. ff. de pos. §. 3. Inst. h. tit. l. 9. §. 5. ff.
de publican. Novell. 69. in prefat.

2. Juris vocabulum multa significat. I. Ipsum æquum & bonum, sive
id, quod semper æquum & bonum est, ut jus naturale, l. 11. pr. b. tit. Sic in
illo Caton. l. 3. distinct. 15. ipsa etiam leges cupiunt, ut jure regantur, id est, æqui-
tate corrigantur. II. Quod omnibus, aut pluribus, aut p[re]cipuis in civitate utile
visum, d. l. 11. III. Id, quod nomine tantum jus est, reverà autem iniquum, d. l. 11.
& t. t. quod quisque juris. IV. Locum, ubi jus dicitur, d. l. 11. rubr. & passim de in
jus voc. V. Necessitatem, sive cognationem & affinitatem, l. ult. b. r. VI. Titu-
lum juris, l. ult. ff. de aq. & aq. pluv. arc. VII. potestatem, ut l. 2. §. 16. de Orig.
Jur. VIII. Res incorporales, & hoc sensu jura sunt: obligatio, hereditas,
servitutes, pr. & §. fin. Inst. de servit. p[re]ed. IX. Id, quod cuique tribuendum, ut
in definitione justitiae, & in l. 55. §. 1. ff. de R. L. X. Veteres leges Romanas, &
auctoritatem J[ur]torum Constitutionibus Imp[er]i. oppositas, l. 5. C. quor. appell.
non recip. l. 33. de condit. & demonstr. l. 4. §. 14. ff. de dol. mal. & met. exc. l. un. §. 4. ff.
nib. innov. appell. interpos. XI. Ipsam Jurisprudenciam, ut in rubr. ff. & l. b. 1. in rubr.
de Orig. Jur.

3. In ultimâ significatione h[ic] sumitur & definitur, quod sit ars æqui &
boni, l. 1. pr. b. r. vel, quod sit rerum divinarum atque humanarum notitia, justit[ie]
atque injusti scientia, §. 1. l. b. r. l. 10. §. 2. ff. b.

I. Inst. t.
Iustitiz ho-
monymia.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

Definitio.

Juris homo-
nymia.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5. 6.
- 7.
- 8.
- 9.
- 10.
- 11.

Jurispruden-
tia definitio.